

Protokoll der unter dem Vorsitz des NvK gefeierten Diözesansynode. NvK hält die Eröffnungspredigt. Frühere Konzilskanones werden verlesen. NvK verlangt eine Beteiligung des Klerus an seinen Kosten zur Teilnahme an der bevorstehenden Salzburger Metropolitansynode. Der Kardinal regt eine Abhaltung von jährlichen Kleruskapiteln an drei Orten seiner Diözese an und bestimmt hierfür drei zuständige Kommissare, denen er auch die Visitation der Pfarrkirchen überträgt. Am 3. Mai stört der gebannte Brixner Domberr Christian von Freiberg die Morgenmesse in der bischöflichen Marienkapelle, woraufhin die Synode am 4. Mai eine Sentenz gegen Christian erlässt, wogegen dieser wiederum appelliert. NvK ordnet eine Korrektur der liturgischen Bücher an und schärft frühere Bestimmungen zum Kauf von Hostien und zur Absolution sowie das päpstliche Gebot zum Gebet für den Sieg über die Türken ein. Er suspendiert alle zur Seelsorge verpflichteten Kleriker, die sich unerlaubt von ihrer Kirche entfernt haben, nimmt diese Sanktion aber am 5. Mai wieder zurück. Die nächste Diözesansynode wird für den 4. Mai 1458 angesetzt. Unentschuldig fehlende Kleriker werden exkommuniziert, darunter auch Abt Georg von Stams.

Kopie (gleichzeitig): INNSBRUCK, UB, Cod. 68 f. 165<sup>r</sup>-167<sup>r</sup>. Schreiber: Paulus Helmslaber. Zur Hs. s.o. Nr. 4416.

Druck: Bickell, *Synodi Brixinenses* 46-55.

Erm.: Grisar, *Synodalleben* 607f.; Hübner, *Brixener Diözesansynoden* 99f.; Baur, *Brixner Synoden* 308; Vansteenberge, *Cardinal* 142f.; Hürten, *Akten zur Reform* 11; Baum, *Nikolaus Cusanus in Tirol* 152, 158, 256, 266; Watanabe, *Tyrolese Monasteries* 139, 147; Pavlac, *Curse of Cusanus* 209; Gelmi, *NvK und Brixen* 29; Serina, *Brixen Sermons* 31.

Anno ab incarnatione domini m<sup>o</sup> cccc<sup>o</sup> 57, indictione 5<sup>a</sup>, mensis maii die lune secunda, pontificatus s. in Christo patris et domini nostri, domini Calixti pape tercii anno tercio, congregatis vocatis universis et singulis dominis abbatibus, prepositis, decanis, capitulis, plebanis, viceplebanis ceterisque sacerdotibus, presbyteris et clericis Brixinensis diocesis ad synodum, que eadem die lune in civitate Brixinensi in palacio  
5 aule episcopalis et deinde aliis duobus tunc immediate sequentibus celebrata fuerat, cui synodo reverendissimus in Christo pater et dominus, dominus Nicolaus, tituli sancti Petri ad vincula sacrosancte  
10 synodales de modo, forma et observancia, quibus clerici dicte dyocesis tam maiores quam minores se regere atque vivere teneantur et debeant, in precedentibus synodis confectas<sup>2)</sup>, unacum constitutionibus reverendissimorum dominorum, Gwidonis cardinalis<sup>3)</sup>, nec non quondam Johannis<sup>4)</sup>, archiepiscopi Salczburgensis<sup>5)</sup> et quorundam aliorum episcoporum predecessorum suorum<sup>6)</sup> publice legi mandavit et precepit, dictosque dominos prelatos aliosque supranominatos et synodaliter congregatos, singulariter  
15 singulos ad earundem constitutionum et sacrorum canonum observacionem sollicita cura monuit et requisivit, ipsisque et eorum cuilibet eorum observanciam sub penis iuris indixit pariterque iniunxit; et

1) S.o. Nr. 5216.

2) S.o. Nr. 3059, 4603.

3) Verweis auf die Salzburger Provinzialsynode zu Wien von 1267 unter dem Vorsitz des Legaten Guido, Kardinal von San Lorenzo in Lucina, s.o. Nr. 3058 Anm. 5.

4) Gemeint ist wohl, wie in den Akten der Diözesansynode von 1453 (s.o. Nr. 3058 Anm. 5), die mit einem königlichen Hoftag verbundene Würzburger Reformsynode von 1287, die unter dem Vorsitz des apostolischen Legaten Giovanni Boccamazza (Johannes Bucamatus), Kardinalbischofs von Tusculum, abgehalten wurde. Die folgende Bezeichnung archiepiscopi Salczburgensis ist nicht auf Johannis zu beziehen.

5) Vgl. die Salzburger Provinzialsynoden von 1418 und 1420; s. Dalham, *Concilia Salisburgensia* 167-187, 190-206.

6) Wohl die Statuten der Brixner Diözesansynoden von 1438 und 1449; s. Bickell, *Synodi Brixinenses* 7-31.

accusata contumacia non comparencium neque se legitime excusancium, prorogatus fuit terminus ad procedendum contra eos et quemlibet eorum ad ultimam diem huius sacre synodi.<sup>7)</sup>

Deinde prelibatus reverendissimus dominus prefate sacre synodo exposuit, qualiter p(aternitas) s(ua) r(everendissima) sit per literas reverendissimi domini Sigismundi, archiepiscopi Salczburgensis<sup>8)</sup>, ad 20 synodum provincialem in civitate Salczburgensi circa festum sancti Johannis Baptiste (24 Junii 1457) pro arduis ecclesie Salczburgensis et pro communi statu clericorum sue provincie celebrandam personaliter vocata<sup>9)</sup>; et si ibi venire debeat personaliter iuxta statum sue r. p., tunc magne ad hoc requirantur expense, quas solus portare nequeat neque velit. Quare requisivit et consuluit prefatam synodum, an transire debeat, et si sibi in expensis contribuere velint an non; admisitque eidem synodo desuper deliberacionem 25 neccessariam et maturam, asseruitque sua r. p. se ad hoc non voluntariam, ne successores sui ex levi causa compellantur semper ibi venire et inutiles facere expensas.<sup>10)</sup> Qua deliberacione facta, obtulit se prefata synodus, nullo contradicente, voluntariam (solucionem), salva condigna moderacione, et proviso, quod sua r. p. velit providere, ne in futurum ex levibus causis successores fatigentur et expensas inutiles 30 paciantur.

Item proposuit similiter predictus reverendissimus dominus presidens, prout alias sua r. p. in constitu- 30 tionibus suis pro uberiori reformatione cleri, ecclesiarum et populorum eis subiectorum singulis annis tria capitula celebrari<sup>11)</sup>; quod tamen usque in presens minime factum foret, quare iterato monuit et requisivit prefatam synodum ad desuper deliberandum et dandum sibi responsa. Et eadem deliberacione facta<sup>12)</sup>, annuit tota synodus, ut singulis annis futuris in dicta dyocesi Brixinensi tria capitula celebrentur; 35 atque ita synodaliter conclusum existit, ut unum in valle Norica<sup>13)</sup> in civitate Brixinensi semper die lune proxima post festum sancti Bartholomei<sup>14)</sup>, ad quod venire tenentur omnes illi plebani et vicarii, qui preteritis annis illo tempore ex certis causis venire consueverunt. Et ad illud capitulum celebrandum deputatus est venerabilis magister Michael de Nêtz<sup>15)</sup>, canonicus Brixinensis, qui secum apportabit canonem, unam agendam etc., ut in constitutionibus, habeatque sollerter inquirere, qualiter constitucio- 40 nes synodales et sacri canones observentur, et de aliis reformandis tam in clero quam in populo diligenciam accuracius adhibere debet; et tenetur cum tribus tantummodo equis, uno notario et alio famulo venturus, ne visitandi in expensis graventur.

Item secundum capitulum debet celebrari in valle Pustrissa<sup>16)</sup> in oppido Inticensi<sup>17)</sup> singulis annis die mercurii post dominicam „Quasi modo geniti“<sup>18)</sup>, ad quod celebrandum tenentur et debent venire omnes 45 plebani et vicarii de eadem valle unacum plebanis in Marubio<sup>19)</sup>, Tawfers<sup>20)</sup>, Aurea Valle<sup>21)</sup> et Entholtz<sup>22)</sup>, ad quod deputatus est venerabilis dominus Cristannus Troysel<sup>23)</sup>, canonicus Brixinensis, qui similiter debet equitare cum tribus tantummodo equis, uno notario et uno famulo, ne gravet dominos plebanos in

7) S.u. Z. 98-105.

8) Sigismund von Volkersdorf, Eb. von Salzburg.

9) Vgl. Hübner, Salzburger Provinzialsynoden 247; ders., Brixener Diözesansynoden 99. NvK schickte vor dem 22. Juni 1457 seinen Kanzleischreiber Christoph Krell nach Salzburg; s. Brixen, DA, HA 27325 p. 159.

10) NvK nahm dann auch nicht persönlich an der Salzburger Synode teil. Zu den Kosten einer Gesandtschaft s.o. Nr. 4737.

11) Vgl. bereits Nr. 3059 Z. 101-104.

12) Zu den Vorschlägen des Klerus s.u. Nr. 5220.

13) Eisacktal.

14) D.h. zunächst am 29. August 1457.

15) Michael von Natz, Propst des Marienstifts im Kreuzgang. Eine von ihm durchgeführte Visitation, allerdings in der Gemeinde Enneberg, für die Christian Troysel zuständig sein sollte (s.u. Z. 47), wird in einem Urteilsbrief vom 25. Juli 1457 erwähnt; zit. oben Nr. 4851 Anm. 7.

16) Pustertal.

17) Innichen.

18) Nächster Termin wäre demnach der 12. April 1458.

19) Enneberg; s.o. Nr. 5145 Z. 7. Pfarrer von Enneberg war Erhard Zanger.

20) Taufers.

21) Ahrntal (lat. Aurina vallis); s. Kühnbacher, Ortsnamen II 17f.

22) Antholz.

23) Christian Troysel, Brixner Domherr; s.o. Nr. 3002.

expensis, qui similiter secum portabit et faciet diligenter, prout in constitutionibus synodalibus  
50 continetur.

Item tertium capitulum debet similiter celebrari in valle Eni<sup>24)</sup> et in monasterio Willentinensi<sup>25)</sup> semper  
singulis annis proxima die post festum sancti Bartholomei (25. August); ad quod celebrandum venire  
debent plebanus sive vicarius in Matray<sup>26)</sup> et omnes plebani ac vicarii in superiori et inferiori valle Eni; ad  
quod veniendum et presidendum ei deputatus est venerabilis magister Georgius Golser<sup>27)</sup>, canonicus  
55 Brixinensis, qui similiter, ne gravet plebanos et vicarios, cum tribus tantum equis, uno notario et famulo  
venire et alia facere, prout in constitutionibus synodalibus precipitur, tenebitur.

Item, quod predicti tres domini commissarii et visitatores medio tempore quilibet plebes in sua sibi  
valle designatas visitare et sollerti cura investigare debent, si sacerdotes ibidem sint publici concubinari,  
tabernarii, qualiter officia sua expediant, videre et examinare formatas singulorum presbyterorum et de  
60 eorum vita inquirere atque de iuribus parochialibus, decimis, novalibus et aliis huiusmodi, super eisque  
ordinationem et reformationem, prout melius poterunt, et singula fideliter conscribere et deinde in  
proxima sequenti synodo referre et producere.<sup>28)</sup>

Item die martis, tertia predicti mensis maii (3. Mai 1457), que fuit die Inventionis sancte Crucis, mane,  
dum in ecclesia beate Marie Brixinensi<sup>29)</sup> officium deberet cantari, dominus Cristannus de Freyberg<sup>30)</sup>,  
65 presbyter, canonicus Brixinensis, qui alias dudum auctoritate apostolica fuit in valvis ecclesie Brixinensis  
publice denunciatus excommunicatus<sup>31)</sup> et per plures menses tam per dictum reverendissimum dominum  
presidentem quam (per) subditos suos pro tali vitatus, „superpelliciatu dictam ecclesiam intravit et  
cultum divinum turbavit, ita ut canonici illius ecclesie et sacerdotes alii, volentes celebrare, propter eius  
excommunicationem, ne prophanarent, necessitati fuerunt a celebracione missarum abstinere“. De quo  
70 vide processum et sententiam desuper latam. Cum quo excessu tota eadem dies non suffecit pro expedi-  
cione, sed usque ad sententiam desuper ferendam conclusum fuerat, que et per reverendissimum  
dominum presidentem de unanimi voto totius synodi in crastinum, videlicet die mercurii dicti mensis (4.  
Mai), mane hora primarum, lata fuit in generali synodo, ut habetur in scriptis, cuiusque processus desuper  
fulminati tenor sequitur de verbo etc., et est talis: (Folgt Nr. 5218). Tenor vero supradicte cedule  
75 appellacionis sequitur et est talis: (Folgt Nr. 5219).

Item prelibatus reverendissimus dominus presidens in supradicta synodo mandavit et instituit sub  
excommunicationis pena corrigi et emendari omnes libros missales et agendas sacramentorum, et ne  
aliquis in aliquo libro missam celebrare presumat, nisi talis liber sit prius capitulariter correctus<sup>32)</sup>; et sub  
eadem pena nullus emat aliquem librum novum de Augusta<sup>33)</sup> vel aliis partibus, nisi huiusmodi liber prius

---

67 superpelliciatu – 70 abstinere: *weitgehend identisch mit der Klageschrift an den Papst Nr. 5218 Z. 14-19.*  
77 sacramentorum: *em. sanctorum.*

<sup>24)</sup> Inntal.

<sup>25)</sup> Prämonstratenserkloster Wilten.

<sup>26)</sup> Matrei am Brenner.

<sup>27)</sup> Georg Golser, Brixner Domberr; s.o. Nr. 3992 Anm. 17.

<sup>28)</sup> Zur Pfarrvisitation s.o. Nr. 4416.

<sup>29)</sup> Die Marienkapelle in der bischöflichen Hofburg, dem Ort der Synode; s.o. Nr. 4991.

<sup>30)</sup> Christian von Freiberg, Brixner Domkustos.

<sup>31)</sup> Die Exkommunikation Christians von Freiberg erfolgte aufgrund seines Widerstands gegen die Übertragung der  
Domberrnspfände des Leonhard Wiesmair an Simon von Wehlen. Vgl. Nr. 4787 (Verschwörung der Domberrn  
Michael von Wolkenstein, Wolfgang Neundlinger, Stefan Stainborn und Christian von Freiberg), 4975 (Bericht an  
Herzogin Eleonore von 1456 Oktober 25).

<sup>32)</sup> S. bereits Nr. 3059 Z. 104-107, 4118 Z. 55-58, 4603 Z. 20-30.

<sup>33)</sup> Wichtiger Beleg für die Bedeutung des Augsburger Büchermarkts für Tirol. Vgl. W. Neubauser, Buchgeschichtliche  
Beziehungen zwischen Schwaben und Tirol, in: W. Baer/P. Fried (Hg.), Schwaben/Tirol. Historische Beziehungen  
zwischen Schwaben und Tirol von der Römerzeit bis zur Gegenwart, Bd. II, Rosenheim 1989, 435-443.

sit in capitulo<sup>34)</sup> examinatus et admissus. Tandem tamen, dimissa pena, commisit visitoribus<sup>35)</sup> examen 80  
et admissionem eorundem librorum.

Item instituit insuper dictus reverendissimus dominus presidens sub prefata excommunicationis pena,  
ne aliquis sacerdotum in sua dyocesi alias oblationes sive hostias comparet, propter admixturam, que in  
talibus plurimum comperta est, nisi a iurato edituo ecclesie cathedralis Brixinensis qui neminem gravare  
debet.<sup>36)</sup> 85

Item mandavit dictus reverendissimus dominus, ne aliquis sacerdotum aliquem monachum aut religio-  
sum absolvat, nisi habita expressa et sufficienti licentia sui superioris.<sup>37)</sup>

Item mandavit denuo sub pena peccati mortalis, ut quilibet sacerdos missam celebraturus in dyocesi  
non pretermittat in missa imponere collectam contra Thurcos<sup>38)</sup>; et dicetur singulis diebus circa pulsum  
post meridiem<sup>39)</sup> tres dominice oraciones cum totidem angelicis salutacionibus: hocque populo sibi 90  
subiecto similiter in cancellis intimare.

Item prelibatus reverendissimus dominus presidens et ordinarius omnes et singulos ecclesiarum  
parochialium in dyocesi sua plebanos, veros pastores, non residentes, qui a sua r. p. non habuerint  
licenciam verbo vel in scriptis, suspendit ab officio et beneficio.<sup>40)</sup> Quam tamen suspensionem sua r. p.  
sequenti die in scriptis moderavit, isto videlicet modo: (*Folgt* Nr. 5222). 95

Item instituit prelibatus reverendissimus dominus presidens de unanimi voto totius synodi, nullo  
contradicente, quod proxima synodus debeat celebrari in civitate Brixinensi anno etc. lviii<sup>o</sup>, proxima die  
post Inventionem sancte Crucis (*4. Mai 1458*), hoc erit hodie post annum.

Item lecto canone de synodis celebrandis interessendis ac interesse debentibus<sup>41)</sup>, accusabatur per pro-  
motorem synodi contumacia non comparencium neque se legitime excusantium, quos r. d. presidens ex 100  
votis tocius synodi iuxta prefatum canonem excommunicavit usque ad futuram synodum, nisi legitime se  
excusaverint. Inter quos absentes reverendus in Christo pater et dominus, dominus Georgius<sup>42)</sup>, abbas in  
Stams, unus fuerat excommunicatus; et nisi infra mensem se legitime excusaverit, prefatus reverendissi-  
mus dominus presidens vlt et intendit, plebanos seu vicarios in plebibus monasterio in Stams incorpora-  
tis sue dyocesis ab obediencia eiusdem domini abbatis absolvere.<sup>43)</sup> 105

Item monuit et requisivit denuo sepefatus reverendissimus dominus presidens, quatenus omnes et  
single constitutiones synodales, in presenti et aliis precedentibus synodis promulgate, lecte et publicate,  
sub penis et censuris in eisdem contentis strictius quam usque modo observentur. Atque ita synodum  
presentem congregatam, ut prescribitur, ac celebratam in dei nomine conclusit, submittens suam reveren-  
dissimam paternitatem et plebes sibi subiectas oracionibus et fidelibus eorundem omnium et singulorum 110  
devotis oracionibus, dando ipsis vocatis et congregatis in domino licentiam ad propria remeandi. In  
nomine patris et filii et spiritus sancti, amen.

Paulus Grewssinger<sup>44)</sup>, notarius prefate synodi, subscripsit.

---

<sup>34)</sup> *Die regionalen Kleruskapitel sollten also die Korrektur der liturgischen Bücher organisieren. Damit kehrte NvK, wobl auf Drängen des Klerus (s.u. Nr. 5220), zu der bereits 1453 getroffenen Regelung zurück (s.o. Nr. 3059 Z. 104-107). 1455 hatte NvK regional gebündelte Korrekturen in den Klöstern Stams, Wilten, Neustift und Innichen angeordnet; s.o. Nr. 4603 Z. 20-30. Allerdings wird noch in den Reformstatuten des Nikolaus von Kronstadt, Propstes von St. Dorothea in Wien, für das Kloster Neustift vom 18. Juli 1457 angeordnet, den Mönchen sollen zur Vermeidung von Müßiggang geeignete Arbeiten übertragen werden, presertim in missalium librorum correctura. Or.: NEUSTIFT, StZA, VV 50 f. 2<sup>r</sup>. S. künftig AC II 6 unter dem Datum.*

<sup>35)</sup> *D.b. den bischöflichen Kommissaren für die Kleruskapitel Michael von Natx, Christian Troysel und Georg Golser.*

<sup>36)</sup> *S.o. Nr. 4118 Z. 157-164, 4603 Z. 31-33.*

<sup>37)</sup> *S.o. Nr. 3059 Z. 47-49, 4416, 4666.*

<sup>38)</sup> *Vgl. die Bulle ‚Cum his superioribus annis‘ vom 29. Juni 1456; s.o. Nr. 4512 Anm. 6, 4902 Anm. 1.*

<sup>39)</sup> *Das mittägliche Angelusläuten.*

<sup>40)</sup> *Vgl. Nr. 3059 Z. 127f., 4416 Z. 24.*

<sup>41)</sup> *Vgl. die auf der Synode verlesenen Strafbestimmungen gegen unentschuldigt abwesende Kleriker; Kopie (gleichzeitig): INNSBRUCK, UB, Cod. 68 f. 167<sup>r</sup>; Druck: Bickell, Synodi Brixinenses 55f. Es handelt sich um D. 18 c. 12, ed. Friedberg I 57f., mit der Glosse s.v. ‚In sequenti‘; D. 46 c. 5, ed. Friedberg I Sp. 167f., mit der Glosse s.v. ‚Degradetur‘; D. 82 c. 5, ed. Friedberg I 292f. Vgl. zur Verlesung der Canones auch Nr. 5221 Z. 12-16.*

<sup>42)</sup> *Georg Ried, Abt von Stams. Zu seinem Fernbleiben von der Synode s.o. Nr. 4584 Anm. 1 und unten Nr. 5221.*

<sup>43)</sup> *Näheres dazu s.u. Nr. 5221.*

<sup>44)</sup> *Paul Greussinger aus Viechtach, Diözese Regensburg; s.o. Nr. 4052 Anm. 8.*